UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab anno Christi 1431. usque ad annum 1441

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1768

VD18 90118316

§. 117. Cardinalis Arelatensis Sedis Apostolicæ Legatus nuncupatus.

urn:nbn:de:hbz:466:1-66426

Visual Library

Sæcul. XV. A. C. 1440.

§. CXVII.

Cardinalis Arelatenſis Sedis Apoſtolicæ Legatus nuncupatus.

In eadem Seſſione lectum eſt diploma, quo Felix Cardinalem Arelatenſem ſuum Legatum Apoſtolicum deſignavit, eumque in Præſidis munere confirmavit, ſed literæ Felicis de ejusmodi legatione, cum non placerent Baſileenſibus, deletæ, ex tabulis abraſæ, & rurſus aliis verbis conceptæ fuerunt. Cum denique orta eſſet dubitatio de jurisdictione Concilii præſente Pontifice, ſtatutum eſt, Auditorem Cameræ nomine Concilii jurisdictione potiturum in omnes & ſingulos Synodo adſcriptos, non tamen licitum illi fore, in cauſſa ſanguinis contra quempiam illorum agere, niſi de conſenſu quatuor Prælatorum, ſi reus foret itidem Prælatus, ſeu quatuor aliorum Patrum, ſi inferioris ordinis eſſet; qui quatuor Conſultores ſingulis menſibus a Patribus deſignarentur.

§. CXVIII.

Florentinæ Synodi Seſsio poſt diſceſſum Græcorum tertia.

Lab. Conc. tom. 13. p. 1586. in actis Patric.

Interea temporis Eugenius Papa Florentiæ contra omnia, quæ Baſileenſes at-